152
327

Nobilissime Amplissimeq; Domine.

Mitto Tibi, ut in meis ultimis, quas Benedictum Carelstroem reddidisse confido, promiseram, Arrianum meum et Mauricium, exile munus, et cum Tuis nequaquam conferendum. Quod Tu tamē pro humanitate bonitateq; Tua minime contemnes. Cupio autem vehementer et de illo, et de priori opusculo meo, Philosophiam Pythagoricam concernente Tuum audire judicium, et ex eo quæ in ipsis minus recte posui, occasionibus futuris emendare. Quod proinde communicare mihi non gravabere, si quando respondere ipsis tempestivum inveneris. Vale Vir incomparabilis, et me Tuum dici patere. Scr. Upsaliæ. a.d. 25 Octob. 1664.

Nob. Amplissimoq; nomini tuo

summa cum observantia perpetuum
addictus

J. Schefferus

Incomparabili Viro
Domino HERMANNO CONRINGIO
Phil. & Med. Doctori & Professori, in Alma Julia
longe celeberrimo, tradantur

in Lübeck bey Herrn
Ulrich Wetsten
Buchhändl.
abzugeben

Redd. 22 Junij 1665.

HELMESTADII.